

Pheretides.
Pithagoras.

Laertius diogenes.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

tura limpide adeo turbantur ut uel colorem mutare uel aliquam salsedinem aut alterum quendam inusitatum saporem reddere ac p̄bere uideant. Unde pheretides syrus pithagore samii magister et doctor qui primus dixit animos hominum esse sempiternos cum samo ex puteo haustam biberet terremotum in diem tertium futurum esse predixit et ita postea ut ipse predixerat laertius diogenes in libro de uita et moribus phorū plane et aperte euenisse testatur. Tertium fertur quando res que in manibus hominum super mare nauigantium reperiuntur absque ullis fluctuationibus tremere agitarique cernuntur. Quartum perhibent quando inusitatus quidam maris tumor sine aliquibus uentis et tempestatibus indicatur. Quintum tradunt si quando nonnulli sonitus tubarum uel cornuum instar bubalorum mugituum audiri consueuerunt. Sextum apparitionem quandam albarum nubium graciliū instar uirgarum aridarum ad occasum uer-